



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thronus Dei Maria Deipara

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Virginis Deiparæ potestas efficacissima, & fortitudo invicta ad omnes
dæmonis vires funditus evertendas, sub typo tonitruorum è divino throno
procedentium: ac primo quomodo id effecerit gignendo ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46853)

monito non erat aqua eduxit. Item in principe tenebrarum Satana, quem fortior ipse superueniens ejecit foras, & alligauit, & vasa eius tulit. In orbe quoque terrarum, quem destructa idololatria, & demonum cultu fumentibus, & ne quicquam contra nientibus per tot annorum spatia, Tyrannus ad Patris aeterni notitiam, & cultum deduxit.

Contra Anachristum Anichristum interficiet spiritus oris sui, & destruet illustratione aduentus sui de quo Isa. 11. Percutiet terram virga oris sui, & spiritu labiorum suorum interficiet impium An non tonitruum & in passione sua, cum in hora comprehensionis suae hostes suos omnipotentis brachio terrae allisit. De quo Leo sermone 1. de passione illud, inquit, Christi verbum, Ego sum, manum illam ex ferocissimis congregatam, quasi quodam fulmine icu stravit, atque percussit, ut omnes illi auroes, minaces, atque terribiles retro acti corruerent. Quid iam poterit maiestas eius iudicantis, cuius hoc potuit humilitas iudicanda?

Leo. His adde Augustinum sermone 30. de tempore, de Infante Christo: Quid erit inquit, tribunal iudicantis, quando superbos Reges (id est Herodem) cum a terribili infans? Sane in nouissimo iudicii die Christus tanquam tonitruum percellat omnes impios, & deturbabit eos in ignem gehennae sempiternum. Quare Deut 32. Dominus metaphora fulguris vitat ad hoc propositum: Si acusero, inquit, ut fulgur gladium meum, & arripuerit iudicium manus mea, reddam ultionem hostibus meis, & iis, qui oderunt me retribuam: inebriabo sagittas meas sanguine, & gladius meus deuorabit carnes, ac cruore occisorum, & de captiuitate nudati in micorum capitis. haec ibi. Quae omnia Christi contra impios terribilitatem & grauissimam peccatorum punitionem ostendunt.

Christus tonitruum est in die iudicii contra impios Deut 32. Sane in nouissimo iudicii die Christus tanquam tonitruum percellat omnes impios, & deturbabit eos in ignem gehennae sempiternum. Quare Deut 32. Dominus metaphora fulguris vitat ad hoc propositum: Si acusero, inquit, ut fulgur gladium meum, & arripuerit iudicium manus mea, reddam ultionem hostibus meis, & iis, qui oderunt me retribuam: inebriabo sagittas meas sanguine, & gladius meus deuorabit carnes, ac cruore occisorum, & de captiuitate nudati in micorum capitis. haec ibi. Quae omnia Christi contra impios terribilitatem & grauissimam peccatorum punitionem ostendunt.

43 Nec vero quisquam sibi blandiatur, quasi Christus fururus sit blandus iudex, minimeque seuerus, quod interdum in diuinis literis vocetur Agnus Ioan. 1. & Apoc 5. qui est animal mansuetissimum, & a natura vnguibus, cornibus, & dentibus, quibus caeterae animantes sauire solent, destitutum: etenim pauendam, atque formidabilem esse iram huius Agni, indicant verba illa impiorum, qui Apoc. 6. dicunt montibus, & petris: Cadite super nos, & abscondite nos a facie sedentis super thronum & ab ira Agni, quoniam uenit dies magnus ira ipsorum, & quis poterit stare haec ibi. Cui consonat illud de columba, quae Spiritum sanctum significat ex Ambrosio lib de iniuriis cap. 3. & 4. & est animal placidissimum caeteris vnguibus, rostro, & felle; tamen leuic. 25. Facta est, inquit, terra eorum in desolationem a facie ira columbae, & a facie furoris Domini Quibus aptissime accommodari potest illud Ambrosii de Noe, & Arca ca. 4. Neque irascitur inquit, Deus quasi mutabilis, sed ideo irascitur, ut exprimat peccatorum nostrorum acerbitas, quae diuinam meruerit offensam, tanquam eosque increuerit culpa, ut etiam Deus, qui naturaliter non mouetur aut ira, aut odio, aut passione ulla, prouocatus uideatur ad iracundiam. haec Ambrosius. Ita de ira Agni, & columbae animalium mansuetorum, quae Dominum significant, & eosque saeuille legimus, ut tantam meritis terrorem, tantamque vastitatem peccatoribus attulerint.

Sed haec pauca de multis satis sint ad huius tonitroi vim aliqua ex parte indicanda. Quod enim spectat ad victoriam, quam Christus non minus gloriose, quam potenter de Satana reportauit, fuse agemus capite sequenti, ubi ostendimus Virginem sanctissimam per Christum filium suum uenenti serpentis caput penitus contriuisse.

Ioan. 3. Apoc. 5.

Tmendit ab ira Agni Apoc. 6.

Ambros.

lerem. 25.

Ambros.

VIRGINIS DEIPARAE POTESTAS EFFICACISSIMA, & fortitudo inuicta ad omnes demonum vires funditus euertendas, sub typo tonitruorum a diuino throno procedentium, ac primo quomodo id effecerit gignendo Christum, qui Isa 27. dicitur, Gladius durus, grandis, & fortis depellaturus Leuiatan.

CAPVT XXII.

SVM MARIVM.

Christus per humanitatem a Deipara acceptam demonem uicit, nu. 5.

Christi daemonia victoria sub typo gladii Domini Isa 27. Vicitabit Dominus in gladio suo &c. super Leuiathan.

Pp 2

Quod

B. Virgo
dæmonum
conatus
compri-
mit.



Bellum in-
ter Virgi-
nem & ser-
pentem in
semen il-
lius in se-
men huius
Impij filij
sunt ua-
monis. &
quare.
Ioan. 8.
August.

Filij Be-
lial. quid
significat.
Iudic. 19.

Hierony.

Cyprian.
Epiphani.

Vos si dicamus ex Virgine sanctissima, tanquam de throno Dei, tonitrua procedere ad dæmones nobis infestissimos feriendos, eorumque conatus fian- gendos, atque irritos reddendos, id certe verissimum erit: quod ut planè perspicuum sit, & cognitum, reuocandum est in memoriam implacabile bellum iam inde à mundi primordio à Deo optimo nominatim pos- tum inter Virginem gloriosam, & serpentem tortuosum Luciferum; nec non inter semen Virginis, Christum videlicet, qui est filius eius naturalis, & Dei seruos à Christo redempto (quos multis nominibus cap. 27. & 28. dicem^{us} esse spirituale eiusdem Virginis semen) & inter serpentis semen, impios scilicet, qui Ioan. 8. ex patre diabolo esse, eiusque desideria facere velle dicuntur: quoniam, ut interpretatur Au- gustinus libro contra Adimantium cap. 4. ini- quitatem ab eo didicerunt, eumque sunt imi- tati. Adde, quia eius instinctu operantur, quod Christus loco citato loquens cum impiis lu- dæis significauit cum dixit: Vos qua vidistis a- pud Patrem vestrum (diabolum scilicet) facitis. & mox: Vos facitis opera patris vestri: hinc est, quod impij alibi sæpè vocantur filij Belial, id est dæmonis, Belial verò apostatam, vel præ- uaricatorem sonat, vel absque iugo: & hoc no- mine dæmonem significari docet Hieronymus in Isa. 27. ideo autem impij filij Belial appel- lantur, quod dæmonis exemplo, & instigatio- ne contracto disciplinæ iugo, quasi effrenes equi per abrupta vitiorum præcipientes feruntur: adedque diaboli in se imaginem ad vitium re- ferunt, ut eius nomen ipsis tribuatur: quare Io. 6. Christus de Iuda pronunciauit: *Unus ex vo- bis diabolus est.*

2 Verba, quibus à Domino hoc bellum est promulgatum, leguntur Genes. 3. cum post peccatum primorum nostri genesis parentis, Dominus ipse serpenti maledicens adjecit: *Inimicitias ponam in inter te, & mulierem, & se- men tuum, & semen illius, ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius: per semen autem mulieris non tantum Christum electo- rum omnium caput, qui rectè ex Cypriano lib. 2. test. c. 9. & Epiphani. hæret. 78. naturale semen mulieris appellatur, quod ex sola muliere, abs- que viri consortio sit genitus, verùm etiam spirituale huius mulieris semen, id est electos omnes, & per serpentis semen impios intelli-*

gendos esse docet Rupertus libr. 2. de victoria Verbi Dei cap. 17. & S. Antoninus 4. part. titu. 25. cap. 14 §. 6. Cæterùm his verbis, ut animad- uertit Rupertus lib. 3. de Trinit, & eius operi- bus cap. 19. Deus optimus magnum suæ gra- tiæ opus promittit, ut victorem diabolum, qui tamen vicerat insidijs & fraude, Mulier quan- doque vincere debeat fortitudine, & indicto- iam bello, atque apertis inimicitijs: voci au- tem, Mulieris, hoc in loco tum in hebræo, tum à Septuaginta in græco idiomate præfigitur articulus, quasi singularem illam Mulierem certa Dei providentia præordinatam intelli- givoluerit; ut animaduertunt hebræicæ lingue periti, teste Canisio lib. 1. de B. Maria cap. 2. quin etiam Leo serm. 2. de Natiu. Cyprianus lib. 1. testimon. cap. 9. Bernardus sermone Si- gnum magnum. Rupertus lib. 2. de victoria Verbi Dei cap. 16. & S. Antoninus loco citato, & alij omnes per hanc mulierem Deiparam accipiunt; Neque enim alterius mulieris gloria totis viribus à dæmone, eiusque semine perpetuo oppugnata præter Deiparam ostendi potest Neque etiam alia mulier, quæ dæmonem cum semine suo contraheret; quod in præsentia planum fiet, idque etiam eleganter sic cecinit Prudentius hym. 3. Cathemerinon.

*Hoc odium vestis illud erat;
Hoc erat aspectus, atque hominis.
Digladiabile dissidium;
Quid modo cernua femininis
Vipera proteritur pedibus;
Edeve namque Deum merita
Omnia Virgo venena domat.*

Idem colligitur Apoc. 12. ubi draco ab ipse scribitur ad faciendum prælium cum reliquis de semine illius benedictæ mulieris amictæ sole, quam præter Ecclesiam significare etiam B. Virginem docent Augustinus lib. 4. de sym- ad Catech. cap. 2. Epiphanius hæret. 78. & alij, ut dicemus cap. 13. Hinc dissidium inter semen serpentis, & semen huius mulieris; Viros scilicet impios, & iustos ab ipso propemodum orbe, exordio exortum cum Abel iustum per summum impietatem Cain interfecit, & per suos pro- omnes postea consequentes ætates propaga- tum est, quod Apostolus in Ismael, & Isaac expressum dixit ad Galat. 4. *Sed quomodo, in- quit, 16. qui secundum carnem natus fuit, perse- quebatur eum, qui secundum spiritum, ita & nunc. hinc Ethnicorum contra Christianos,*

Rupertus
Antonin.
B. Virgo
vicit a-
perio li-
bello da-
monem.
Mulier
la Virgi-
nem assu-
nat.
Canisio
Leo.
Cyprianus
Bernar-
dus Rupertus
S. Antoninus.
Prudentius
Hære-

Hæretico um contra Catholicos, infenso, ac pernacaci animo odium, atque furor, quem beatorum milia martyrum protestantur, qui nõ solum vibem, quod dixit S. Leo, sed & orbem univertum purpuratis, & longè lateque rutilantibus populis compleverunt. Hoc impiorum contra justos Dei teruos propte studia cõtraria & propter morum dissimilitudine, multiplices periectiones, quas ostendunt tot illustrium confessorum foris pugna, ut de se ait Apostolus, *Sunt timores*, quos propter pietatem sustinere coguntur: *Viri enim sanguinum*, Proverb. 19. *oderunt simplicem* & infensis: *Abominantur justos virum impium*, & abominantur impij eos, qui in recta sunt viam. Quare Gregorius homil. 38. in Evangelia: Abel esse tenuit, quem Cain malitia non exercet, & lib. 8. ep. 36. ad Maximum Episcopum Salernitanum: in tantum, inquit, omnipotenti Deo te placuisse existimes, quanto te displicuisse perverfis hominibus cognoveris. Et Ambrosius lib. 10. in Luc. cap. 23. agens de ludæis, qui Barabbæ homicidæ abolitionem, & Christi innocentis exitum flagitarunt: Tales, inquit, leges iniquitas habet, ut oderit innocentiam, scelus diligit, in quo & nominis interpretatio speciem dat figuræ; Barabbas enim patris filius latine dicitur; Illi ergo, quibus dicitur, Vos ex patre diabolo estis, vero Dei filio, patris sui filij Antichristum prolaturj esse produntur. hæc Ambrosius. Ideo Ioan. 15. Christus ad Apostolos: *Quia, inquit, de mundo estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus*. Hinc inter illas duas famosas Civitates, Terrenam, & Cœlestem iugis, ac perpes dissensio; de quibus Augustinus lib. 14. de Civit. cap. 29. *Fecerunt, inquit, Civitates duas amores duo, terrenam scilicet amor sui usq; ad contemptum Dei; cœlestem vero amor Dei usque ad contemptum sui*; denique illa in se ipsa hæc in Domino gloriatur. hæc Augustinus. Qui egregie de duodecim postremis libris de Civitate Dei, vniusque Civitatis, vtriusque, exortum, procursum, & finem, non minus piè, quam eruditè periequitur.

Propter has iuges, & implacabiles inimicitias inter mulierem & serpentem, & inter semen illius & semen huius, docet Rupertus lib. 2. de vict. ver. Dei cap. 8. sacram scripturam appellari *librum bellorum* Dominus Nume. 2. 1. & *librum iustorum*. 2. Reg. 1. quia in scripturis quid aliud continetur, nisi bellum, & certamen

Verbi ad destructionem peccati, & mortis Attamen in hoc contra serpentem, eiusque semen certamine sub tantæ Virginis ductu, atque auspicijs modo gratia Dei non desinit, nihil de victoria dubitandum. Ipla enim est, quam Deus Genes. 3. prædixit contrituram caput serpentis, & ut rectè animadvertit Cyprianus lib. 2. testimo. adversus Iudæos c. 9. *Mater, inquit, Domini nostri Iesu Christi in illa muliere promissa est, hæc inimicitias opposita est serpentis* Pona (inquit) inimicitias inter te & mulierem; non certe Pono, aicit, ne ad Evam pertinere videatur: Verbum promissionis est, quod transmittitur in futura, id est. Succubabo mulierem, qua repudiata facilitate credende, nõ solum te non audiat, sed ipso etiã Gabriele deferente verbum, rationem de promissionis exigat bonitate discendo. *Quomodo existit, quoniam virtum non cognovi*, hæc Cyprianus.

3. Non me latet Septuaginta Interpretes legere, ipsa conteret caput tuum, & referre ad semen mulieris, quod in hebræo est masculini generis, & ita legit etiam Irenæus lib. 4. contra hæres. cap. 78. Cyprianus lib. 2. testimo. ca. 9. Petrus Chyrolologus term. 174. Leo serm. 2. de Nativitate Domini. Verùm complures alij Patres legunt: *Ipsa conteret caput tuum*, & referitur ad mulierem, ita habet Ambrosius lib. de fuga seculi cap. 7. Augustinus lib. 2. de Genes. contra Manichæos cap. 18. & libro 11. de Gen. ad litt. cap. 39. Chrysostomus homil. 18. in Genesim. Gregorius lib. 1. moral. c. 38. Claudius Marius Victor, Eucherius libr. 2. in Genesim cap. 28. Prudentius loco citato. Beda, Rabanus, Strabus, Lyranus in Genes. 3. Rupertus lib. 3. de Trinit. ca. 20. Alchamus auitus, Bernardus homil. 2. in missis est, & sermone Signum magnum; & in editione vulgata nouissime Romæ recognita legitur, Ipsa, quam versionem contra hæmuitum hæreticum defendit Cardinalis Bellaminius controu. de verbo Dei libr. 2. cap. 12.

Ceterum, quod spectat ad harum versionum diversitatem animaduertendum est, voces illas, *hæ*, & *hæ*, hæbraidè posse ipsè literis scribi, nempe per He, Vau, & Aleph, ita enim docet Lexicon Sanctis Pagnini, & Cœplutenis, licet variè exgant puncta, cum enim est, *hæ*, scribitur deutee in vau, & legitur hui: *hæ* vero habet chinich sub he, & legitur hih, idque manifestè ex sacris literis confirmatur, nam Genes. 3. vbi nos habemus

Leo serm. 1. de Apo-
stolis, &
agit de
gloriarib.
vrbu.
1. Cor. 7.
Prou. 29.
Gregorius
Ambros.
Ioan. 15.
Dna Cui-
tatis inter
se contra-
tia
August.
Rupertus
Nume. 21.
2. Reg. 1.

Genes. 3.
Cyprianus
Luc. 7.
Cur aliqui
legant ipse
conteret,
cum iam
vulgata
dicat ipse
conteret.
Irenæus.
Cyprianus
Pet. Chry-
sol.
Leo.
Ambros.
Augustinus
Chrysost.
Gregorius
Beda.
Rabanus
Lyranus
Rupertus
Ambros.
Alchamus
Bernardus
Bellaminius

Mulier quam dedisti mihi fornicam, dedit mihi de ligno, &c. & in hebraica lectione additur, ipsa dedit, & scribitur illis literis He, Vau, & Aleh. Similiter Exod. 3. Educam de terra, pronomen, illa, tribus iisdem literis effertur. Quoniam vero puncta à recentioribus Judæis sunt inuenta, ideo potuit antiquitus utroque modo verti, & hinc orta est translationum varietas: verum illa est præferenda, quam confirmat editio vulgaris; quæ ut diximus, habet ipsa conteret. Neque obstat verbum illud conteret. hebraicè esse masculini generis, & ideo referri ad semen, quod in hebræo est masculini generis, non autem ad mulierem, quæ est femini generis, nam in sacris literis tolent interdum, teste Bellarmino loco citato, pronomina, & verba masculini generis conjugi nominibus femininis, & affert locum Ruth. 1. vers. 8. & Esther 22 vers. 5. quæ quavis in textu hebraico recognoscere poterit.

Ad majorem tamen hujus loci explanationem addam, & illud Augustini libr. 2. de doct. Christiana. cap. 12. quod etiam insinuat libr. 18. de Ciuit. Dei cap. 44. diuersas Interpretum translationes interdum sibi non aduersari; sed, ut ipse ait, sibi ipvicem attestari, & se mutuo exponere: atque in re propofita, quamuis, ut diximus, legendum sit, ipsa conteret caput suum: verè enim per Deiparam noxium hujus serpentis caput est constractum: quod in Judith, quæ Holofernis caput præcidit, & in sexcentis figuris, atque typis, ut cap. 24. fufius ostendimus, in sacris literis adumbratum videmus; tamen siue legatur ipsa, siue ipse, quod ad rem significatam attinet, in idem recidunt; cum certum sit ipsam quicquid in hac serpenti capitis contritione præstitit, id totum filij sui virtute, qui est ejus semen confecisse. Rursus id, quod Christus, propria quamuis virtute ejusdem serpentis caput conterendo effecit; Matri rectè tribui posse: tum quia arbori ascribitur quod ab ejus fructu in valetudine recuperanda præstatum; tum etiam, quia Christus, ut semen est hujus mulieris, serpentem hunc adeo efferatam domuit, atque ad nihilum ejus vires redegit, hoc est per corpus suum sacratissimum à Virgine acceptum, & Deo Patri in cruce oblatum, ut mox dicemus.

Naturalis 4 Illud denique minime est reticendum, inter mulierem quamcumque, & serpentis naturalem quandam esse antipathiam, qua in se

illud est mirabile apud Rupertum lib. 3. de Trinit. cap. 20. sibi ut ait fida relatione comperitum. Quod si nuda, inquit, mulieris planta viuacissimum caput serpentis, ut leuiter presserit, statim totum cum capite corpus interiit: e contrario illo si vel extrema planta dentulum infixerit, occidit: adeo graues inter utramque naturam inimicitia posita sunt, hæc Rupertus. Nimirum inquit Bernardus sermone Signum magnum, ipsa Virgo est quondam à Deo promissa mulier serpentis antiqui caput virtutis pedes constrictura, cujus plantæ calcaneo in multis versutis insidiatus est, sed sine causa, sola enim contriuit uniuersam hæreticam prauitatem. hæc Bernardus. Verum non tantum ratione hæretum, quas sola, ut canit Ecclesia, in uniuerso mundo interemis, & nos cap. 29. ostendimus: sed etiam uniuersaliter caput serpentis eam contrituram prædixit ipse Dominus Genes. 3. quod B. Virgo multipliciter præstitit. Primò per semen suum Christum, quem de suis castis viscibus protulit. Secundo in se ipsa contriuit, cum omnem serpentis impetum à se penitus excluderit, ac fregerit. Tertio etiam in alijs, præsertim sibi peculiariter devotis, multis modis tortuosi serpentis caput conterit, vires impetusque retundit, atque comprimit: de his singulatim nunc dicendum.

CHRISTUS PER HUMANITATEM à Deipara acceptam damnem vici.

Accipimus quidem Virgo Deipara venienti serpentis caput contriuit gignendo Christum benedictum fructum ventris sui, per quem tartareus draconis vires ad nihilum sunt redactæ, & per quem ablata est maledictio, invidia diaboli in orbem terrarum inuecta, quod pulchre S. Leo ser. 2. de Nat. docuit: Deus, inquit, omnipotens, & elemens statum, ut nos diabólica malignitas veneno sua mortificauit inuitatis, prædestinata renouandis mortalibus sua pietatis remedia inter ipsa mundi primordia præsignauit, denunciatis serpenti futurum semen mulieris, quod noxij capitis elationem sua virtute conteret; Christum scilicet in carne venturum, qui natus ex Virgine violatorum humana propaginis incorrupta natiuitate damnaret. ita S. Leo: Ipse enim Christus pacificans per sanguinem crucis ejus, suo qua in terris siue qua in caelis sunt, mortem quidem nostram moriendo destruxit, infernum spoliavit, cum vincos suos juxta Zacharia vaticinium, eduxit de lacu, in quo non erat aqua;

Bellarmino.

Ruth. 1. Esther. 12.

Augustin.

Judith. 13.

Naturalis 4.

serpente
anipha.
ma.
Rupertus
Bernardus
Genes. 3.
Quæ mo-
dit B. Vir-
go damo-
no caput
construit
Judic.
Leo.
S. Virgo
damo-
no caput
construit
Greg.
Colosa.
Zach. 1.

Chry. non erat aqua; Chyrogaphum decreuit, quod erat
Petr. 2. contrarium nobis. cruci illud affigendo deluit pec-
Ioan. 12. cata nostra, perituli in corpore suo super lignum,
Matt. 12. ut peccata mortui, iustitia uiuamus; & mundum
 uicet, atque ad Patris cognitionem, & obedientiam
 iraduxit, Satanam principem huius mundi eiecit
 foras, & apud inferos relinquit. sicq; draconis
 caput per Christum Virginis filium plane est
 contritum,

Qua agen Verum ut plenius intelligatur qua ratione
da. Virgo sanctissima ad hanc serpenti capitis
 contritionem per Christum effectam concu-
 rat, cum sit precipuum, quod in praesenti de-
 monstrandum suscepit; illud ostendendum e-
 rit, quid ad hoc efficiendum Virgo attulerit; &
 deinde quomodo Christus per id quod accepit
 ad Virgine hoc ipsum praestiterit. Quae sane
 res licet inter fideles satis sit explorata, ut ta-
 men a suis initijs ducta plenius eluceat; sup-
 ponimus Christum Dei filium i. Ioan. 1. In
 hoc apparuisse, ut dissuaderet opera diaboli, ideo-
 que corpus ex Virgine suscepisse, ut peccata
 nostra in corpore suo super lignum perferret,
 & in eadem ara terrois semetipsum per Spiritum
 sanctum Deo patri offerens, nos ei recon-
 ciliaueret, de potestate tenebrarum emerget, sic-
 que de Satana triumpharet, ut qui in ligno
 vincebat, in ligno quoque vinceretur; & veluti
 alter fortissimus Samson propria morte de suis
 hostibus gloriosissime uictus, eos omnino per-
 deret. Quare S. Leo serm. 8. de Pass. O ineffabilis,
 inquit, gloria passionis, in quo & tribunal Do-
 mini. & iudicium mundi. & potestas est Crucis-
 fixi: quare arma quibus in hoc spirituali bello
 contra demonem dimicauit, fuit corpus tuum
 sanctissimum, cuius liuore sanati sumus: Cum
 enim potuisset nos sola uoluntate a demonis ty-
 rannide eripere: Subuenire tamen moriendo hor-
 minibus uoluit, ut uerbis utat Gregorij lib. 20.
 moral. cap. 26. Quia nos uidelicet minus amas-
 set, nisi & uulnera nostra susceperet: nec uim
 nobis sua dilectionis ostenderet, nisi hoc quod a no-
 bis tollerari, ad tempus ipse sustineret. Passibilis
 quippe, mortalisq; nos reperit, & qui nos existeret
 fecit ex nihilo, reuocare uidelicet etiam sine sua
 morte potuit a passione. & S. Leo ser. 14. de Pass.
 Filius Dei ex omnipotentia, qua aequalis est Patri,
 poterat solo uerbo hominem reparare, sed operi-
 bus Dei congruebat, ut hostilis aduersitas de eo
 uinceretur, de quo uicerat. Placuit enim Deo, in-
 quit August. lib. 13. de Trin. cap. 13. ut propter
 erueniendum hominem de diaboli potestate, non po-

Ioan. 1. tentia diabolus, sed iustitia uinceretur, & cap. 4.
 Hanc iustitiam, qua uictus est diabolus, dicit
 fuisse in effusione innocentissimi sanguinis Christi
 in cruce, de quo S. Thom. 3. par. q. 46. art. 6. ubi
 plures assignat congruentias, propter quas
 Christus sua passione redimere nos uoluit. & i-
 deo necesse erat, ut corpus haberet, quod im-
 molaretur pro nobis: id quod Ecclesia in fe-
 sto Ascensionis eleganter sic canit.

Leo. Tremunt uidentes Angeli.
 Versa uice mortalium;
 Culpae caro, purgat CARO;
 Regnat Deus Dei caro.

Leo. Et S. Leo serm. 1. de Nat. idem testatur his
 uerbis: Omnipotens Dominus cum sanctissimo ho-
 ste, non in sua maiestate, sed in nostra congruedur
 humilitate, obiciens ei eandem formam, eandem-
 que naturam mortalitatis nostra participem, sed
 peccati totius expertem; ut inuentor mortis dia-
 bolus per ipsum, quam uicerat, uinceretur. Idem
 serm. 1. de Pass. agens de eadem: Totum, in-
 quit, illud sacramentum, quod simul & humani-
 tas consummauit, & Deitas, dispensatio fuit mise-
 ricordiae, & ad uo pietatis, talibus enim uinculis
 tenebamur astricti, ut nisi per hanc opem possent
 absolui, & clarius ser. 8. de pass. Cum mortis, in-
 quit, aculeum recipere non posset natura Deitatis,
 suscepit tamen nascendo ex nobis, quod posset of-
 ferre pro nobis. Idem epist. 13. ad Pulcheriam
 Augustam de Christo: Nisi, inquit, nouus homo
 factus in similitudinem carnis peccati nostram
 susceperet uelutatem, & consubstantialis Patri,
 consubstantialis esse dignaretur & matri, Natu-
 ramq; sibi nostram solus a peccato liber uinceret,
 sub iugo diaboli generaliter teneretur humana
 captiuitas haec S. Leo.

Ambros. 7. Ambros. lib. de fid. resu. Quoniam, inquit,
 Dei non poterat mori sapientia, resurgere autem
 non poterat, quod mortuum non erat, assumitur
 caro, qua mori posset, ut dum moritur quod solus;
 quod mortuum fuerat hoc resurgeret. & August.
 Augustin. ser. 176. de temp. ex hoc duas in Christo natu-
 ras, diuinam scilicet, & humanam colligit: Mor-
 tem enim, inquit, nec solus Deus sentire, nec solus
 homo superare potuisset: & infra: Si nihil de no-
 stro suscepit, nihil nobis praestitit; promde cha-
 rissimi si non in nostra carne diabolus triumphauit,
 se exercuit, non nobis uicit: si non est in no-
 stro corpore resurrexit, conditioni nostra resurgen-
 do nihil contulit: si non in nostra carne peregit me-
 dicinam, sola ergo ex homine nascendo elegit in-
 suriam: de nostro est, quod apprehendit, de sue est
 quod

Augustin.

quod donavit: meum testor esse quod cecidit, ut meum sit quod resurrexit: meum est quod jacuit intra tumulum, ut meum sit quod ascendit in caelum. haec ille Idem Aug. l. 4. de Trin. c. 14. loquens de excell. sacrif. Christi in cruce peracto: **Q**uid tam mirandum, inquit, quod offerretur pro mundanis vitijs, mortalium, quam sine ulla contagione carnalis concupiscentia caro nata in utero, & ex utero virginali? **Q**uid tam grate offerri, & suscipi posset, quam caro sacrificij nostri: corpus effectum sacerdotis nostri, & lib. 23. de Trin. c. 14. Ideo, inquit, Christum esse opus erat & hominem & Deum, nisi enim homo esset non poterat occidi: nisi Deus esset non crederetur noluisse quod potuit, sed non potuisse quod voluit: nunc vero humana pro nobis passus est, quia homo erat, sed si voluisset etiam hoc non pati, potuisset, quia & Deus erat & c. 18. Haec, inquit, tanta Dei dona, & si qua alia sunt, nisi Verbum caro fieret, nulla essent. sic Augustinus.

Nota ex Augustino

S. Bernar.

S. Bern. ser. 75. in Cant. agens de sponsa, quae in lectulo suo quaerit Christum, lectulum interpretatur tumulum, praesepium ipsum uterum Virginis. Merito, inquit, sponsa ponens lectulum dicit suum, quia omne quod infirmum est Dei, non de proprio inesse illi manifestum est sed de nostro. Ex nobis assumpti: quae pro nobis sustinuit, Nasci, lactari, mori, sepeliri: Mea est mortalitas nati, mea infirmitas parvuli, mea exspiratio cruci fixi, mea sepulchri dormitio haec Bern. S. Thom. 3. p. q. 44. art. 3. ad 2. agens quomodo Christus etiam in miraculis patrandis humanitate utebatur: Christus Dominus, inquit, venerat salutare mundum non solum virtute divina, sed per mysterium incarnationis ipsius: & ideo frequenter in sanitate infirmorum non solum potestate divina utebatur curando per modum Imperij, sed etiam aliquid ad humanitatem ipsius pertinens apponebat: unde super illud Luc. 4. singulis manus imponens curabat omnes, dicit Cyrillus, quamvis ut Deus potuisset omnes verbo pelleri morbos: tangit tamen omnes, ostendens propriam carnem efficacem ad praestanda remedia. & super illud Marc. 8. expuens in oculos ejus, impositis manibus, &c. dicit Chrysostomus Spuit quidem, & manus imponit ceco, volens ostendere quod Verbum divinum operationi adjunctum miracula perficit: manus enim operationis est ostensiva, sicutum sermonis ex ore prolatis & super illud Ioan. 9. Feci lutum ex spuo, & linit super oculos caeci dicit Augustinus de salutis sua lutum fecit, quia Verbum caro factum est. huculque S. Thomas ibi.

S. Thom. Christus humani nato utebatur in miraculis, & quare,

Luc. 4. Cyrillus,

Marc. 8. Chrysost. Hom. 3. in Marc.

Ioan. 9. Aug. in tract. 24. in Ioan.

8 Quamvis autem filius Dei carnem humanam ex quacunqua materia, non ex materno utero assumere potuerit; maluit tamen ex muliere virgine ilibata illam accipere; ut accipit, pulchre expendit Augustinus epist. 3. & lib. 13. Augustinus de Trin. cap. 18. cuius verba cap. 14. recitavi. & S. Thomas 3. part. q. 1. art. 4. cuius rei inter S. Thom. alias congruentias, & illa à Theologis assignatur, ut Christus carnem suam ex Virgine sustinens ex materia secundum corpulentam substantiam ab Adam, (qui fraude daemone cederat) deriuata in ea daemone vinceret, suarumque medicina vulnere magis esset accommodata, & satisfactio quadam ratione magis propria exhiberetur in ea natura, perquam Deus fuerat offensus, quod Apostolus animadvertit Hebr. 2. cum dixit: Qui enim sanctificatur ex uno omni, de quo S. Leo ser. 2. de Nativ. Non iuste, inquit, diabolus amitteret originalem deditque generis servitutem nisi de eo quod subegerat vinceretur, quod ut fieret sine virili semine editus est Christus esse Virgine. Idem serm. 3. de Nat. Offerenda erat pro reconciliandis hostia, quae esset nostri generis sociata, & nostra concinnationis aliena. Idem eitam egregie docet S. Thomas 3. part. q. 4. artic. 6. Quare Augustinus lib. 1. de doct. Chr. c. 14. agens de sapientia Dei in curatione hominis, quae & contraria morbo, & similia adhibuit, inter alia, haec etiam ponit: Corruptio, inquit, animo foemina, ingressus est morbus: integro corpore foemina processit salus, & mox: Per foeminam deceptus homo: Christus per foeminam natus homo homines mortaliis mortales, morte mortuos liberauit sic August. Ideo B. Virgo, quae ex purissimis suis sanguinibus Christum concepit, eum carnae, per quam daemone vicit, vestiens, eidem quoque arma, in quibus daemone vinceret verè suppeditasse dicitur, ut propterea Cant. 4. dicatur sanctae Ecclesiae de collo eius, quod est B. Virgo, sicuti Turris David collum tuum, quae adificata est cum propugnaculis (hoc enim spectat ad munitionem huius turris inexpugnabilis) sed praeterea subiungit: Mille clypei pendens ex ea omnis armatura fortium, inde enim carnem Christum suscepit, quae fuerunt arma, quibus est vsus fortior ipse Christus ad fortem armatum daemone in expugnandum. Et in die Incarnationis, quando Deus humanitate ab ea indutus est, iuxta illud Phil. 2. In similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo, tunc à Regio Propheta verè in spiritu canitur illud psal. 92

Cant. 4. B. Virgo turris David collum tuum, quae adificata est cum propugnaculis, sed praeterea subiungit: Mille clypei pendens ex ea omnis armatura fortium, inde enim carnem Christum suscepit, quae fuerunt arma, quibus est vsus fortior ipse Christus ad fortem armatum daemone in expugnandum. Et in die Incarnationis, quando Deus humanitate ab ea indutus est, iuxta illud Phil. 2. In similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo, tunc à Regio Propheta verè in spiritu canitur illud psal. 92

psal. 92. Dominus regnavit decorem induit est, induit est Dominus fortitudinem, & præcinxit se virtute, nimirum indatus est humanitatem decoram, & speciosam, ac simul fortissimam, & potentissimam, & præcinctus est ad hostes scilicet de bellandos, & sicut qui gladium, vel arma ad alterius cædem alteri porrigit, eiusdem necis particeps dicitur: & sicut Eva polum Adamo porrigendo ad humani generis peccatiem est cooperata, ita & Virgini, quæ arma Christo dedit, a scribi etiam suo modo potest differunt, omittunt, illud in præfentia animaduertendum est, quod cap. 17. adnotauimus, Euam ex costa dormientis Adæ absque eius consensu formatam. At in Incarnatione non factum est ex Virgine, sed dante, & consentiente ipsa, carnem suscipere voluit; ideoque per Gabrielem Archangelum eius assensum effugit, quo præfentio, Verbum statim caro factum est ex purissimis eius sanguinibus, ita ut Virgo sanctissima vera sit Dei mater. Hinc SS. Patres, Augustinus, Bernardus, quos loco cit. attruli pie contemplantur, totum mundum quasi ad Virginis genua prouolurum, eam ad assentiendum Angelo nuncianti suppliciter orare: quare Deipara sciens, & volens, arma ad triumphandum de dæmone Christo suppeditauit. Hinc est, quod Methodius orat. in hypap. Virginem sic affatur: Tu potentem illum corpora tanquam decentis Panoplia (hoc est omni genere armorum) induisti, per quam ipse facile à me caperetur, & corneretur, per quam etiam ignita omnia maligni tela extinguuntur, hæc Methodius, & Irenæus libro 3. cap. 33. de hoc consensu: Maria Virgo, inquit, obediens & fida, & uniuerso generi humano facta est causa salutis; & mox: Eub inobediens in nodum solutio nem accepit per obedientiam Mariæ.

9 Et sanè Apostolus Hebr. 9. Nostram à Sathanæ captiuitate redemptionem per Christi corpus Spiritus sancti opera ex purissimis Deiparæ sanguinibus formatum, eleganter explicat comparatione tabernaculi sacerdotum veteris legis; ubi enim differuisset de muneribus, & hostijs Moisaicæ legis, quæ non poterant iuxta conscientiam perfectum facere seruientem, solummodo in cibis, & potibus, & varijs

baptismatibus, & iustitijs carnis vsque ad tempus correctionis impostis, subiicit: Christus autem assistens Pontifex futurorum bonorum per amplius, & perfectius tabernaculum non manu factum, id est non huius creationis, neque per sanguinem hircorum, aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta. Hoc enim tabernaculum non manufactum ex Theodoreto, Primas. & Haymone est Christi humanitas, seu ex Chrysof. Theophylact. Occumen. & S. Thom. in illum locum, est Christi corpus, quod pro nobis in cruce oblatum, ex Virgine sine virili opera, Spiritus sancti virtute fuit desumptum. Propterea enim Christus Dan. 2. vocatur lapis abscessus de monte sine manibus: dicitur autem Tabernaculum amplius, & perfectius, quia Colof. 1. In ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter; & quia fuit plenus gratia, & veritatis Ioan. 1. Hinc est, quod S. Brigitta lib. 3. reuel. cap. 29. cum Virginem sanctissimam templo Salomonis per singulas partes comparasset, refert Deiparam in hunc modum respondisse: Ego sum mater sacerdotis summi, & in templo corporis mei induit se vestibus sacerdotis libus sibi ritualiter, in quibus obtulit sacrificium pro mundo. hæc ibi. Nimirum ibi carne indutus, in qua, & quam obtulit; idem enim Sacerdos fuit, & victima. quod pulchre Athanasius serm. 3. contra Arianos: Verbum, inquit, ut Aaron vestem talarem, ita carnem à terra sumpsit, Mariamq; vice rudis illaborata terræ (niludens ad virginitatem Deiparæ) Matrem sui corporis habuit, ut iam habens quod offerret, ipse Pontifex se ipsum Patri in victimam daret. sic Athanasius Andreas Cretensis ser. de dorm. ipse, inquit, magnus Pontifex Iesus, qui cælos assumpta carne peruasit, qua habebat animam ratione præditam, & intelligentem tanquam in templo Virginis sanctuario nos adiens fuisse, & sacrificat. & sacrificatur. & offerens oblationes offertur, & pro nobis se ipsum sanctificans, sanctificat eos qui ipsum sanctificant. hæc Andr. & Hieronym. lib. 1. in epist. ad Ephes. c. 1. docet Christum esse gloriam Patris, quæ Psalm. 66. Exurge gloria mea: Qua gloria, inquit, suo fulgore muniam illum nans, Templum sibi de Virginali viro fabricata est; cuius temple pater gloria efficitur Deus. sic Hieron. Christus ergo in templo carnis suæ de Virgine fabricato nostra peccata expians dæmonem profligauit. Ideo Deipara à Leone

Qq termo.

Theodore.
Primas.
Haymon.
Chrysof.
Theophyl.
Occumen.
S. Thom.
Dan. 2.

Colof. 1.

Ioan. 1.

Athanas.

And. Cret.

Hieron.

Virgo dicitur saluifera.

sermo de passione Domini dicitur Virgo SALVIFERA, ait enim saluiferae Virginis partum non tantum nouissemis profuisse temporibus, sed in praeteritas etiam se referuisse aetates: quia enim Verbum corpus de ea suscepit, ipsa hac ratione cooperata est ad nostram salutem.

Elogia Sanctorum de Virgine quod ad nostram salutem sit cooperata. Bernardus. Cyrillus.

Hinc elogia illa de Virgine praecelatissima à SS. Patribus pronunciantur. Bernardus serm. 2. Pent. Merito in te respiciunt oculi totius creaturae, quia in te, & per te, & de te benigna manus omnipotentis quicquid creauerat recreauit. & serm. 4. de Assumpt. Per te, inquit, caelum repletum, infernus euacuatus est, insaurata ruina caelestis Ierusalem, expectantibus miseris uita per data data. haec Bernardus. Cyrillus hom. 6. in Nettorium cum Virgine loquens: Per te, inquit, Trinitas sanctificatur, per te crux pretiosa celebratur, & adoratur in toto orbe terrarum: per te exultat caelum, latantur Angeli, & Archangeli, fugantur daemones, & homo ipse ad caelum reuocatur. & post alia in hanc sententiam, Per te unigenitus Dei filius uera lux effulsit, sedentibus in tenebris & umbra mortis. ita Cyrillus.

Pet. Chrysologus.

10. Petrus Chrysologus serm. 142. super illud, Inuenisti gratiam apud Deum, Haec, inquit, cum dicit, & ipse Angelus miratur, aut feminam tantam, aut omnes homines uitam meruisse per feminam. & serm. 143 super illud, Haec, inquit, est gratia, qua dedit caelis gloriam, terris Deum, fidem gentibus, finem uicij, uita ordinem, moribus disciplinam, Hanc gratiam detulit Angelus, accepit Virgo, salutem seculis redditura. idem serm. 146. Vna, inquit, puella sic Deum in sui pettoris capiti, recipit, oblectat hospitio, ut pacem terris, caeli gloriam, salutem perditis, uitam mortuis, terrentis cum caelestibus parentelam, ipsius Dei cum carne commercium, pro ipsa domus exigat pensione ero ipse uterq; mercede conquirat & impleat illud propheticum, Ecce haereditas Domini filii merces fructus uentris. idem Chrysologus serm. 146. Et ut semper, inquit, MARIA humana praevia sit salutis populum, quem unda generatrix misit in lucem, ipsa iure praecessit in Cantico Mariae, inquit, soror Aaron, sumens tympanum in manu sua dixit: Cantemus Domino gloriose enim honorificatus est.

Luc. 2.

est gratia, qua dedit caelis gloriam, terris Deum, fidem gentibus, finem uicij, uita ordinem, moribus disciplinam, Hanc gratiam detulit Angelus, accepit Virgo, salutem seculis redditura. idem serm. 146. Vna, inquit, puella sic Deum in sui pettoris capiti, recipit, oblectat hospitio, ut pacem terris, caeli gloriam, salutem perditis, uitam mortuis, terrentis cum caelestibus parentelam, ipsius Dei cum carne commercium, pro ipsa domus exigat pensione ero ipse uterq; mercede conquirat & impleat illud propheticum, Ecce haereditas Domini filii merces fructus uentris. idem Chrysologus serm. 146. Et ut semper, inquit, MARIA humana praevia sit salutis populum, quem unda generatrix misit in lucem, ipsa iure praecessit in Cantico Mariae, inquit, soror Aaron, sumens tympanum in manu sua dixit: Cantemus Domino gloriose enim honorificatus est.

Psalm. 26.

est gratia, qua dedit caelis gloriam, terris Deum, fidem gentibus, finem uicij, uita ordinem, moribus disciplinam, Hanc gratiam detulit Angelus, accepit Virgo, salutem seculis redditura. idem serm. 146. Vna, inquit, puella sic Deum in sui pettoris capiti, recipit, oblectat hospitio, ut pacem terris, caeli gloriam, salutem perditis, uitam mortuis, terrentis cum caelestibus parentelam, ipsius Dei cum carne commercium, pro ipsa domus exigat pensione ero ipse uterq; mercede conquirat & impleat illud propheticum, Ecce haereditas Domini filii merces fructus uentris. idem Chrysologus serm. 146. Et ut semper, inquit, MARIA humana praevia sit salutis populum, quem unda generatrix misit in lucem, ipsa iure praecessit in Cantico Mariae, inquit, soror Aaron, sumens tympanum in manu sua dixit: Cantemus Domino gloriose enim honorificatus est.

Exod. 15.

est gratia, qua dedit caelis gloriam, terris Deum, fidem gentibus, finem uicij, uita ordinem, moribus disciplinam, Hanc gratiam detulit Angelus, accepit Virgo, salutem seculis redditura. idem serm. 146. Vna, inquit, puella sic Deum in sui pettoris capiti, recipit, oblectat hospitio, ut pacem terris, caeli gloriam, salutem perditis, uitam mortuis, terrentis cum caelestibus parentelam, ipsius Dei cum carne commercium, pro ipsa domus exigat pensione ero ipse uterq; mercede conquirat & impleat illud propheticum, Ecce haereditas Domini filii merces fructus uentris. idem Chrysologus serm. 146. Et ut semper, inquit, MARIA humana praevia sit salutis populum, quem unda generatrix misit in lucem, ipsa iure praecessit in Cantico Mariae, inquit, soror Aaron, sumens tympanum in manu sua dixit: Cantemus Domino gloriose enim honorificatus est.

Pet. Dam.

Petrus Damianus serm. de Assumpt. Considera, inquit, & qua in caelis, & qua in terris in Virgine refabricata, Deum qui caelum palmo metitur, uirgines uentris breuitate conclusum, Reduptionem hominum, Angelorum restaurationem denique quicquid est, fuit, & erit per Virginis uterum renouatum. ita Damianus.

Bonauentura in speculo B. Virg. cap. 7. O Bonauentura, inquit, plena, & superplena gratia, de cuius plenitudine exundantia resperisa reuulsit omnis creatura.

Georgius Nicom. orat. de oblat. Deiparae ad eam sermonem dirigens: Per te, inquit, para dissum purè sumis consecuti: per te generis colonia ad propriam redijt mansionem: per te recessit rhomphaa uersatilis: per te quae erant clausa deliciarum portae fuerunt aperta: per te Spes Prophetarum ad effectum sunt ueducta: in te finem acciperunt, quae ab eis dicta sunt: per te nostra re, uerret: omnia certa signa tenemus: per te nos Regnum caelorum speramus associutores: Te nostra salutis habemus adiutorem. haec ille.

S. Bruno serm. de Natiuit. Virg. illud Iob 40. S. Bruno de Leuirhan: Nunquid illudes es, aut ligabis cum ancillis tuis, dicit Virginem esse, qua Dominus ligauit Leuirhan.

B. Laurentius Iustinianus serm. de Natiuit. Virg. eam seculi reparatricem, & in cap. 9. lib. de Connubio uerbi, & animae, Virgine peccati interemptricem appellat. Quare merito omnes Deiparae sanctissima dicere possumus, quod Iudith fortissima, & Ioemina, quam Deiparam adumbrabat post interfectum Holofernem, ab vniuersis dictum legimus c. 13. Benedixit te Dominus in uirtute tua, quia per te ad nihilum redegit inimicos nostros.

11. Quod autè id, quod per Christum effectum est, Virgini rectè tribuatur, confirmatur exemplo Iacob Patriarchae Gen. 48. qui loquens cum Ioseph filio de praedio suo in Nichimis, id quod filij quamuis (ipso inscio fecerant) sibi tribuere non dubitat: De, inquit, tibi partem unam exira fratres tuos, quae tult de manu Amorrhath in gladio, & in arcu meo, cum tamen non suo, sed Simeon, & Levi gladio tulisset, ut patet Gen. 34. Nam, ut Vlyfles (liceat quoque nobis ratiocinationis noctrae efficacitatem ex profanis Auctoribus confirmare) quod Achilli alieno habitu delitescenti arte sua deprehenso, arma tantum sumere, & ad bellum Trojanum proficisci persuaserit, ejusdem egregia apud Trojam facinora, & ipsam Hectoris caedem sibi ascribere non veretur: sic enim contra Ajacem in illo Graeciae dudum confesso, cum Achillis arma sibi depofceret, de Achille loquentem inducit Poeta.

Inieciq; manum, fortemq; ad fortia misi: Ergo opera illius mea sunt, Ego Telephon habui.

Ita

Pugnan.

Pugnantem domui; victum, orantemq; refeci.
Quod Theba cecidere, meum est. An me credite
Lesbon,
Me Tension, Chrysenq; & Cillan Apollinis vr-
bis,

Et Syron cepisse, mea concussa putate
Procubuisse solo Lyrnesia moenia dextra:
Viq; al os raeam, qui satum perdere possit
Hectora, nempe dedi, per me sacot inclitus Ho-
edor.

Ex quibus satis colligitur quantum eius-
 modi adiumenta ad negotium conficiendum
 afficienti tribuere omnes soleant, quanto magis
 Deipare in victoria de Satana à Christo
 reportata tribuendum est, quæ non solo con-
 silio, sed ipsa etiam opera Christum nobis ge-
 nunt e que carnem tribuendo, arma ad dæ-
 monem expugnandum iubeminstravit. Quare

S. Thom.

Irenæus
 Anselmus
 Rupertus
 S. Bernardus

S. Thom.
 Suarez

Quomodo
 Christus
 per huma-
 nitatem
 egisse
 de Virgine
 acceptam

S. Thomas 3. part. quest. 27. art. 5. ad 2. Virgo,
 inquit, tantam optinuit gratia plenitudinem, ut
 esset auditori gratia propinquissima, ita quod eum,
 qui est plenus omni gratia, in se reciperet, & eum
 pariter quodammodo gratiam ad omnes dertua-
 ret. ita S. Thomas Et hæc pauca de ratione,
 qua in incarnatione Virgo sanctissima coope-
 rata est ad nostram salutem, vt omittam plu-
 rimos Patres præter eos, quos cap. 17. citavi,
 qui per eam reparata omnia dicunt: ita enim
 docet Irenæus libro 5. cap. 19. Anselmus de
 excoll. Virg. cap. 11. Rupertus lib. 13. in Ioan. S.
 Bernardus Senensis tom. 3. serm. 6. art. 2. c. 2.
 quorum verba afferam cap. 27. vbi agam de
 Virgine cur mater sit iustorum: vt omittam
 etiam alias rationes, quibus Virgo ad idem
 cooperata est, precibus scilicet efficacissimis
 impetrando, merendo etiam multa de con-
 gruo, & alijs modis: quæ omnia fufius tradunt
 Theologi in 3. sent. & in 3. part. S. Thom. de
 quibus eruditè noster Franciscus Suarez tom.
 2. in 3. part. disput. 23. sect. 1. vbi agit quo mo-
 do Virgo fuerit nostræ salutis causa: & disput.
 18. lect. 4. in fine multos Patres ad huius veri-
 tatis confirmationem affert, & disp. 10. lect. 6.
 vbi disserit quomodo Virginis consensus An-
 gelo nunciati factum sit medium ad Incar-
 nationis executionem.

Vidimus in communi Christum Dominum
 humanitate sua, de Virgine accepta contra
 dæmonem dimicasse, de eo que triumphum
 egisse; nunc tractandum remanet qua ratio-
 ne Christus per humanitatem ex Virgine de-
 sumptam, hoc executioni mandarit, quod in

sacris literis varijs metaphoris inuenitur de
 scriptum, quæ si enucleentur, varia quoque
 diuinæ bonitatis, & sapientiæ mysteria emi-
 cabunt, liceat enim nobis de his metaphoris
 multiplicibus idem dicere, quod Augustinus
 lib. 10. de Ciuit. cap. 6. loquens de Christi facti-
 cio multipliciter significato: *Hoc vnum, in-*
quit, per multa figuratur, tanquam verbis multis
res vna dicatur, vt sine fastidio multum com-
mendetur. ita Augustinus. Nos autem quam-
 plurimis omisissis, quinquetarum metapho-
 ras, vel figuras ad Christi, eiusque genitricis
 gloriam pro modulo nostro inuestigare cona-
 bimur.

CHRISTI DE DÆMONE VICTO-
 ria sub typo gladij Domini Isai. 27. *Vistabit*
Dominus in gladio suo, & c. su-
per Leuiathan.

ET prima quidem habetur Isai. 27. in die Isai. 27.
 illa, inquit, *vistabit Dominus in gladio* Prima me
 suo duro, & grandi, & forti super Leuiathan taphora
 vestem, & super Leuiathan serpentem toruosum, *vistabit*
 & occidet eum, qui in mari est; vel, vt ha-
 bent Septuaginta: *Inducet Dominus gladium sub typo*
sanctum, magnum, & fortem super draconem gladij Le-
colubrum fugientem, &c. Quibus verbis ex In-
 terpretum sententia, Christi de Satana trium-
 phum describitur; ideo inuestigandum nobis percussio
 est quis, qualisue sit gladius hic Domini: quis Septua-
 ginta, qualisque sit Leuiathan serpens iste, &
 quomodo visitatorum, & simul perditorum se
 illum prædicat Dominus.

Gladius igitur Domini, & si multa signifi-
 cet, & præsertim Verbum Domini ex Origene
 libr. secund. Patriarch. cap. 2. & alijs, quorum
 Hieronymus in hunc locum meminisse, He-
 b. 4. *Prius est sermo Dei, & efficax, & penetra-*
bilior omni gladio ancipiti; tamen in hoc loco
 Christi Domini humanitatem ex plurimorum
 Patrum sententia significari existimo. Ter-
 tullianus enim libro quarto contra Marcio-
 nem: *illa, inquit, die superduces Dominus macha-*
ram magnam, sanctam, & fortem, Christum sci-
licet suum intell. Nazianzenus, Machara Nazian-
Christus dicitur, quod refecit malum, & putridū
à meliori. Basilius in Psalm. 44. *Machara, in-*
quit, dicitur Christus, quod refecit & mortificet
prauas animi cupiditates, & motus. Augustinus
 in Psalm. 7. in illa verba: *Nisi conuersi fueritis*
gladium suum vibrabit. Gladium dicit esse huma-
 nitatem.

nitatem Christi, qui in primo aduentu tanquam in vagina humilitatis absconditus. in secundo vero veniens iudicare vivos, & mortuos, vibrabit gladium & iustus suis lumine, terrore vero impijs coruscabit: addit etiam ex persona Christi ad Patrem dicit in alio Psalmo (scilicet 16.) Erue animam meam ab impio, & fronsam tuam ab inimico manus tuas: cuius Psalmsi verba enarrans Augustinus, in eundem Psalmo, 16. idem repetit: Erue, inquit, Augustinus, animam meam ab impio, resuscitando me à morte, anima mea fronsa tua est quam assumpsisti manus tua, id est aeterna virtus tua, ut per ipsam Regna debellet iniquitatis, & dicitur vidat iustos ab impijs Cyrillus Alexandrinus in l. x. Alexander. Ita similiter interpretatur de Christo, Theodoretus, Macheram, inquit, nominat vindicem filium, & liberantem. Procopius Gazeus in l. i. ca. 49. super illud: Posui os meum, ut gladium acutum; humanitas Christi facta est inquit Procopius, ut Leviathan serpentem magnum, & tortuosum iugularet. Rupertus Tuitiensis in Zach. 9. super illa verba: Et ponam te gladium fortissimum, gladium interpretatur de Christo, ut per ipsum scilicet fieret illud, quod erat fortissimum, juxta illud, Non veni pacem mittere, sed gladium; veni enim separare hominem adversus patrem suum, &c. Glossa etiam interlinearis hic Isai. 17. In gladio, id est filio. Idem etiam confirmare possumus ex libro Iudic. ca. 7. ubi in somno illius Madianitarum visus est, quasi tubineticus panis ex hordeo volu, & descendere, ac Madianitarum castra delere, cui alter respondit, Non est hic alius nisi gladius Gedeonis traditi enim Dominus in manus eius Madiam, & omnia castra eius. Sed quaeret quispiam, quid commune pani subinertio cum gladio? Respondeo si attendamus rem spiritualiter per utrumque significatam, mirum in modum sibi congruunt, sub nomine enim panis caro Christi intelligitur, quae sub speciebus panis continetur. Quare Saluator dicebat Ioan. 6. Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita: dicitur vero tubineticus, quia ignem, & cineres reliquias ignis colore, odore, & sapore refert. Quoniam sanctissima Eucharistia vndiq; passionem, in cuius memoriam est instituta, redolet, & flagrantissimam Christi charitatem prae se fert, ideocum de hoc sacratissimo Sacramento ageret Christus, solebat aliquid de passione addere, exempli gratia. Hoc est corpus meum quod pro

vobis tradetur. Caro mea pro mundi vita. Hic est sanguis, qui pro vobis effunditur. Et Apollonius 1. Corint. 11. Quotiescumque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis donec veniat. At verò hæc Christi caro gladius, seu instrumentum fuit, ut dixi, ad hostes debellandos, & fideles ad hoc sacramentum pæ accedentes, vires sumunt ad demones superandos iuxta illud Chrysostomi hom. 61. ad populum Antiochenum: Tanquam leones, inquit, ignem spirantes ab illa mensa recedimus, facti a diabolo terribiles: etenim Psalms. 22. Paraisti in conspectu meo mensam adversus eos, qui tribulant me: mentis autem metephora mensæ vitæ David, quoniam panis hic Eucharistiæ super substantialis, ex Deipara, quæ per mentam panum propositionum adumbratam diximus cap. 5. est deumprus. Hunc gladium (qui, vt dixi, est Christi humanitas sacratissima) conflatum à B. Virgine, quæ fuit vera Christi mater, ex materia ab eadem Virgine subministrata in suo utero tanquam in officina apposuissimam, antiqui Patres summa votis optabant; vt verbum quantocumque ad demones evertendos assumerent, idque illis verbis ab eo efflagitabant Psal. 44. Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime. de hoc Rupertus libro 3. de Trinitate & operibus eius, capite 19. Christus, inquit, cum illo antiquo serpente foris se exercent accinctus gladio super femur suum potentissimus speciosus, & pulcher intendit, prospere processu, & regnavit; hostemq; publicum ante pedes suos productum contrivit, & vulneravit, iuxta Psalmistam: Tu humilisti sicut vulneratum superbum in virtute brachij tui tunc adimpletum est MULIERI in isto semine suo, quod fuerat hic pradiatum, Ibsa conseret caput tuum; unde in alio Psalmo Propheta dicit: Tu contribuisti capita draconum in aquis: Tu contregisti capita draconis. hæc ex Ruperto.

Gladius porrò iste dicitur Durus, Grandis, & Fortis, & quidem Septuaginta loco, Duri, vertunt, Sanctum, quod est Christi epithetum valde proprium; Ex Evangelista namque Mathæo c. 2. iuxta Prophetarum vaticinû, Christus Nazarenus vocabitur quod explicans Hieronymus in illum locum: Nazarenus, inquit, Sanctus interpretatur; Sanctum autem Dominum futurum omnis scriptura commemorat. ita Hieronymus: ideo Angelus ad Virginem: Quod natus situr ex te Sanctum vocabitur filius Dei.

14. Sed

Gladius 14 Sed videamus quomodo humanitas Christi Domini sit gladius durus, grandis, & fortis: & durus quidem, quia cedere nescit, & est invincibilis. quare Psalm. 2. de Christo: Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confranges eos: quod repetitur Apoc. 2. & 19. & Jeremia qui fuit figura Christi dicitur cap. 1. Ego dedi te in civitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum arcum super omnem terram, & bellabunt adversum te, & non prevallebunt. & Ezech. 3. adhuc rebus durioribus assimilatur eum: *Vi adamantiem*, inquit, & ut siccom dedo faciem tuam, ne times eos: debebat enim confestim ante Dominum misericordia eius, quia contrivit portus arenas, & vices ferreas confregit, id est ad educendum vincium de domo carceris, & umbra mortis, contrivit inferorum potentiam, & munitiones, quæ dicuntur, Matth. 16. portæ inferi, conterendus etiam erat Satanas cum suis, qui Isai. 27. (ut mox dicemus) appellatur *serpens veſtigis*, & ita Sap. 18. Omnipotens sermo tuus de caelo durus debella or in mediam exterminij terram profusus id est Christus Dominus durus dæmonis debellator advenit, ut cap. 2. diximus Bernardus refert ad Christi patientiam invictam, quam in passione exhibuit: *Quam fortiter*, inquit, *Domine lesu tam indigna, quam aspera pro hominibus passus es, ita ut liceat fugere mel de petra, oleumq; de saxo durissimo, duro ad verba, daviore ad verbera, durissimo ad crucis horrenda, quia in omnibus his sicut Agnus coram tonante se obmutuit, & non aperuit os suum.* ita Bernardus.

Grandis fuit hic gladius, nam universam terram peravit, & grandia effecit: quare Psal. 18. *In omnem terram exiit sonus eorum*, scilicet Apostolorum, qui Christi nomen per universum orbem portarunt, & ad eisdem cognitionem, & amorem, exterminato idolorum cultu, gentes traduxerunt: & Christi virtute dæmones ex orbe undique eliminarunt, atque effugarunt. Neque solum terrarum finibus, quamvis amplissimis se se gladius iste continuit, verum etiam virtutem suam ad inferiores partes terræ, & ad supra caelorum extendit, infernum spolians, referans caelos.

15 Denique fortis fuit hic gladius, ut ex effectu videre licet, quippe qui fortem armatum diabolum, qui in pace custodiebat atrium suum, vicit, alligavit, ejusque arma universa,

in quibus confidebat, abstulit, & spolia ejus distribuit: Neque dicas hunc gladium minime fortem, quia carneus, ac proinde infirmus praefertim propter passionem: quoniam ex Apostolo 1. Cor. 1. *Pradicamus quidem Christum crucifixum sed Dei virtutem, & Dei sapientiam. Vnde fortis quia quod stultum est Dei sapientius est hominibus, & quod infirmum est Dei fortius est hominibus: ratio aut fortitudinis immensæ, quæ ad passionis dæmonis tyrannidem funditus evertendam, huic gladio, id est Christi humanitati inest, oritur ex brachio potentissimo, mirum ex Verbo Dei cui unita est: propterea de hoc Virgo sanctissima in suo Cantico cecinit: *Fecit potentiam in brachio suo, dispersit superbos mentes cordis sui, deposuit potentes de sede.* &c. Psal. 67. *Redemisti in brachio populum tuum;* cuius rei figura fuit Jamsion, qui Iudic. 15. propter brachij sui fortitudinem in mandibula asini interfecit mille viros. Quod enim verbum Dei brachium Domini dicatur, satis constat Isai. 52. *Paravit, inquit, Dominus brachium sanctum suum in oculis gentium* (scilicet per incarnationem) subjicit enim: *Et videbunt omnes fines terra salutare Dei nostri.* quod idem S. Simeon in Cantico suo, cum dixit: *Viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum,* iidem ferè verbis de Christo expressit, quare brachium Domini apud Isaiam est Christus, & Isai. 53. *Brachium Domini cui revelatum est,* quod brachium filium Dei esse interpretatur Athanasius in lib. de communi essentia Patris, & Filij, & Spiritus sancti, quoniam per hoc consubstantialitas inter Patrem, & Filium indicatur. Eodem modo explicat Hieronymus in sa. 53. Augustinus tract. 53. in Ioan. & Gregorius hom. 2. in Ezech. & ratio eorum est, quia sicut per brachium operamur, ita omnia per Verbum facta sunt. Verbum igitur est brachium Dei: humanitas verò, ut docent Theologi, & S. Thomas 3. par. q. 8. art. 1. ad 1. & q. 62. art. 5. est instrumentum Dei conjunctum: mirum igitur non est, si humanitas Christi gladius dicatur fortissimus Verbi, & omnino insuperabilis: quia propter 3. par. q. 48. ait. 6. ad 1. docet S. Thomas passionem Christi relatum ad divinitatem conficere infinitam virtutem, & efficienter cauare nostram salutem.*

16 Nunc videndum quis, qualisque sit *Leviathan serpens iste*, quem Christus debellavit. Leviathan certum est ex communi Pa-

Math. 12.
Luc. 10
Psal. 76
Iudic. 15
Isai. 52
Luc. 5
Isai. 53
Athanas.
Hierony.
Augustino
Gregorius
Humani-
tas Christi
est instru-
mentum
Verbi con-
junctum
S. Thom.
Quis sit
Leviathan



trum sententia significare diabolum, quod etiam colligitur ex ijs, quæ subiungit, vocat enim illum serpentem toruosum, &c. ita intelligunt Tertullianus lib. 4. contra Marcionem: De principe, inquit, huius mundi, & immundus spiritibus, quos Christus Machara Patris aduentu suo expulsi. Athanasius sermo. de Passione Domini, Origenes 2. Periarch cap. 8. Hieronymus, Cyrillus, Theodoretus, & Procopius in Isai. 27. Gregorius lib. 33. Moral. cap. 9. Etymologia porro huius nominis deducitur à Leuiath, quod est copulare, ideo enim Genes. 29. vnus ex filiis Iacob vocatus Leui: Quia, inquit, Lia nunc quoque copulabitur mihi maritus meus, & à Thamin. quod est serpens, seu draco, quasi idem sit Leuiathan, quod serpens copulans sibi, vel copulatus alius, vel habens in se copulationem aliquorum, de quo vide Leonem Castrum in Isai. 27. & nostrum Pineda in Iob 40. & ita intelligitur illud Ezech. 29. ad draconem diabolum sub persona Pharaonis. Ecce ego ad te draco magne, qui cubas in medio fluminis. & mox: Agglutinabo pisces fluminum tuorum, & uniuersi pisces tui squama suis adhaerebunt. & hæc est copulatio, quam Leuiathan nomen importat, quasi dicat: Omnes, qui tibi in sceleribus adhaeruerunt, idem subibunt iudicium, ut vincit cum dracone, inquit Hieronymus in illum locum Ezech. vnus cum eo corpus efficiant. & copulentur ei, vel in erroris consortio, vel in pena similitudine quo modo qui adhaeret Domino vnus spiritus est ita Hieronymus Draco enim cauda sua Apocal. 12. trahebat tertiam partem stellarum cæli, & misit eas in terram, & huic draconi non tantum agglutinati sunt inferiores demones, qui vocantur Angeli eius, ibidem & Matth. 25. qui Apoc. 12. simul è caelo projecti sunt à S. Michaeli, & Angelis eius, sed etiam homines vitij detriti, qui pro qualitate vitiorum ex Hieronymo loco citato, vel capiti, vel ventri, vel caudæ, & extremis draconis partibus adhaerent: Quis enim facit peccatum, seruus est peccati Ioan. 8. & 2. Petr. 2. à quo quis superatus est, huius & seruus est: Et proiciam te, inquit Ezechiel, in desertum, ut nequaquam reperias quos docipias hæc ex Hieronymo. Huc etiam ipe citat Etymologia nominis Leuiathan, quam communiter tradunt Hieronymus de nominibus Hebraicis in Iob. Gregorius lib. 33. Moral. cap. 9. Isidorus lib. 8. etymol. cap. de Dijs

gentium, & alij, quod scilicet significet, additamentum eorum: in idem enim recidit, ac si dicas, copulationem. D. Gregorius loco citato explicans hanc etymologiam dicit demone esse additamentum hominum, quibus culpam præuacationis intolit, & hanc usque ad æternam mortem quotidie pessimis suggestionibus extendit: vel per irrisionem sic dicitur, quia primo homini diuinitatem additum se perhibuit, sed immortalitatem quam habebat, tulit.

17 Serpens ergo iste Leuiathan diabolus, & appellatur serpens, quia ex Theodoro, & Gregorio lib. 17. Moral. cap. 20. figuram draconis induit ad decipiendos primos parentes: Es serpenti ore, inquit Gregorius, permixtus est loquax, ut ex vase ejus homo cognosceret quid esset qui in eis habitaret. dicitur enim serpens propter venenum, & acerbitatem suam: & Lubricus ex Gregorio, qui si suggestioni ejus primo non resistitur, repente totus ad interiora cordis dum non sentitur, illabitur.

Vegetem autem eundem appellat Isaias propter magnitudinem, & quia vegetis instat conatur in peccatoribus cordis janua Deo occludere, & est vegetis ferreus; quare Christi fortitudine opus fuit ad eum effringendum, juxta illud Psalm. 116. Consueantur Domino misericordia ejus, quis contriuit portas æreas, & vinctes ferreas confregit. Hieronymus, Vegetem, inquit, seu claudentem puo appellari quod multos suo carcere clausorit, & propria subiecerit potestati, nihilque in se rectum habet: & idcirco (quod cum Hieronymo notat etiam Gregorius) dicitur tortuosus, quem Dominus leuis interficiet spiritu oris sui habitorem quondam maris amarorum, & salis fluctuum ita Hieronymus. Interficiet, inquam, quia ad nihilum ejus artes, & vires rediget, & morti æternæ addictum in inferno cum suis afflicis includet. eodem enim modo loquitur Leo serm. 10. de Passione: Clausi, inquit, illi, qui manus Domini, pedesque transfoderant, perpernis diabolum fixere vulneribus, & sanctorum peccatorum membrorum, inimicorum fuit interfectio potestatum. ita S. Leo. Basilii in Psalm. 32. tortuosum vult dici diabolum, quod dux sit peccati, & varijs flexibus ad varia vitiorum genera etiam inter se interdum pugnantia inducat, & nunquam recta via incedat. Cyrillus verò, juxta Septuaginta, demone dicit esse colubrum fugientem, quod timidus sit, & semper

Tertullia
Athanas.
Origenes
Hierony.
Cyrillus.
Theodore.
Procopius
Gregorius
Genes. 29
Leo Castr
Pineda.
Ezech. 29
Diabolus
draco magne
Ezech. 29
Hierony.
Apoc. 12.
Matth. 25
Hierony.
Ioan. 8.
2. Petr. 2.
Ezech. 29.
Etymologia
Leuiathan
Hierony.
Gregorius
Isidorus.

Grego.
Theodoret.
Gregorius
Cur dicitur
Isai 17.
Cur dicitur
Psal. 107.
Hierony.
Gregorius
Leo
Basilii
Cyrillus
Isidorus
tempe

Iacob 4. semper familiare sit ei fugere. Quare Iacobi 4. recte dicitur, *Resistite diabolo, & fugiet à vobis:* ad hanc fugam alludit Athanasius ser. de passione Domini, ubi docet arundinem vim habere tollendi serpentes, & datam esse Christo in passione, cum ei milites illuderent; quoniam mysticè Christus persequutus est fugientem draconem diabolum. Hieronymus pulchre in Isa. 27. de hoc colubro fugiente dicit, *Qui, inquit, nunquam fugere consuevit, à Christo effugatur;* addit Hierony. de hoc dracone diabolo dici in lib. Iob: *Adhauc draconem in hamo, circumdabis capistrum navibus eius.* Statimque; *Hoc est principium plasmatis Domini, quod factum est, ut illudatur ab Angelis eius,* & in Psal. 103. *Draco ista, quem formasti ad illudendum ei.* & Apoc. 12. *Facta est pugna, &c. Et missus est draco magnus coluber antiquus, qui vocatur diabolus, & satanas, &c.* Illud, inquit Hieronymus notandum, quod & in Psal. & in Iob propterea factus dicitur draco, hoc est Leviathan, ut illuderetur ei ab Angelis; unde & Apostoli accipiunt potestatem, ut calcet super serpentes, & scorpiones, & super omnem virtutem inimici. hæc Hieronymus, hic animaduertendum Hieronymum ibi legere, ut illudatur ab Angelis, cum tamen Iob 40. legatur, *Ab ancillis suis.*

18. His explicatis de gladio Domini, & de serpente Leviathan facile intelligemus, quid

sibi velit vaticinium Isaïæ, quod prædicit Dominus in die illa visitatum se super Leviathan (id est dæmonem) in suo gladio. (id est in humanitate) hanc enim visitationem præstitit in incarnatione, cum ex Virginis sanguinibus humanitatem suscepit, quasi gladio se accingens, quod initio dicebamus. Et hoc est, quod Zacharias pater Præcursoris impletum pronunciauit facta incarnatione, cum dixit: *Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitavit, & fecit redemptionem plebis suæ;* & hanc visitationem esse contra Leviathan ostendit illis verbis: *Salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium, qui oderunt nos. Ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati seruiamus illi, in sanctitate, & iustitia coram ipso omnibus diebus nostris.* Hanc visitationem per incarnationem contra Leviathan præcabatur à Domino Regius Propheta, cum vineam Dei, id est plebem suam, direptam, & incensam, & per filij hominis, id est Christi visitationem reparandam dicit, & à Christi increpatione hostes vineæ perituros, affirmat, ait enim Psal. 79. *Deus virtutum conuertere, respice de caelo, & vide, & visita vineam istam, & perfice eam, quam plantauit dextera tua, & super filium hominis, quem confirmasti tibi incensa igni, & suffossa ab increpatione vultus tui peribunt, fiat manus tua super virum dexterae tuæ, & super filium hominis, quem confirmasti tibi.*

Isai. 27.
Quomodo
Christus
contra da-
mones illis
visitauit.

Luce. 11.

Psalm. 79.

INSIGNIS VICTORIA QVAM CHRISTVS DOMINVS
de dæmone per carnem à sanctissima Virgine Deipara acceptam
retulit, alijs metaphoris ex sacris literis
desumptis ostenditur.

CAPUT XXIII.

S Y M M A R I V M,

Christi de dæmone victoria sub typo hami extrahentis Leviathan Iob 40. num. 1.
Christi de dæmone victoria sub typo manus eductio aspudem Isa. 11. nu. 4.
Christus infans multipliciter Satanæ spolia detraxit, num. 5.
Christi in mundum aduentu obmutescunt oracula, num. 10.
Christi de dæmone victoria in Gedeone, qui Ma-

dianitas prostigauit, prafigurata, nu. 14.
Christi de dæmone victoria in Dauide, qui Goliath prostrauit, prafigurata, num. 16.

CHRISTI DE DÆMONE VICTORIA
sub typo hami extrahentis Leviathan, Iob 40.

Hanc eandem serpentis centritionem, atque expulsionem perficiam secundam per Christi humanitatem et meta Iob Viginti ra visito.